

# TRACTATUS Iuris patronatus be- neficiorum,

*Ioan. Nicolai Delphinatis: In quo perutilia  
pleraq; & ad rem huiusmodi cotidiana  
occurrent, in florentissima  
Vniuersitate Tholo-  
satum nunc pri-  
mum editus.*



THOLOSÆ.

In Vico Portarietis uenzunt.

M. D. XLVI.

# Ad R. P. Dominum <sup>3</sup>

*Franciscum de Castellana, Abbatem*

*sancti Andreae, secus Aue-*

*nionem. Ioannis Nico-*

*lai, dedicatio huius*

*Tractatus.*



**N**ON solum (dignissime præsul) in hoc breui  
uitz curriculo nobis ipsis prouidendum esse:  
sed & cæteris omnibus certo tamen ordine  
tradiderunt maiores. quod humanæ societatis  
fomentum esse, temporum casus demõstrant.  
Inhumanum genus illud hominum, quod sibi  
soli cauet. unde apud me reuoluës, quibus stu-  
dijs, & indefesso labore, per aliquot annos iura põtificia & ciui-  
lia inspexissem, quot frigora passus, quot noctes insomnes pdu-  
xissem, quot ieiunia perpessa, dum Iurisprudentiã insector, & à  
prouentu expectato mea culpa dum sacerdotia aucupor, dum li-  
tibus, dum negocijs secularibus me inuoluo plurimos fallam.  
Rationem igitur mei habens, fructum aliquem & temporis, &  
studij in publicum asserre propsi. eo potissimum: quia tum ad  
locum in ea re quàm maxime cõuenientem, tum ad tempus eius  
rei aptissimum, ita casu occurrente perductus sim. quapropter  
ubi per aliquot dies priuatim ingenium pene rubigine sopitum  
in lectionis exercitatione excitassem: eius periculum publice  
subeũdum parabam. à quo licet retraherer, quoniam in tam co-  
piofo auditorio ingenij per tot annos à lectione distracti, expe-

*Prima pars.*

- 1 Ius quid sit.
- 2 Ius tripliciter consideratur.
- 3 Ius diuinum.
- 4 Ius naturale commune omnibus animantibus.
- 5 Ius gentium commune solis hominibus, & ab his introductum.
- 6 Ius publicum non tam latum quam gentium.
- 7 Ius priuatum singulorum commodum spectat.
- 8 Iuris priuati variae species.
- 9 Habere ius quid signet & quomodo intelligatur.
- 10 Ius patronatus est facultas preuentandi.
- 11 Patronus a patre.
- 12 Patronorum triplex genus.
- 13 Iuris patronatus definitio.



**N**ON incongrue factum uidebitur: si priusq̄ ad Tractatum ueniatur, paucis immoremur, circa uerba inscriptionis, seu tituli. fiet enim, ut totius materix tutior, procliuiorq; pateat ingressus: secundum Iurisconsultum in. l. j. de iusti. & iure: in. l. j. de reb. cred. ff. inscribitur autem de Iure patronatus. Videamus primo, quid signet, hæc dictio Ius: Est enim ars boni & æqui, ut dicit Iurisc. in l. j. de iust. & iur. ff. & dicitur Ius, quia iustum est. c. Ius naturale. prima distinctio. glo. in. c. Ius, de uerb. signifi. gl. fin. in regula prima, de regul. iur. li. vj. Et uersatur hoc Ius, circa tria, in quibus uim suam explicat. est enim, in eo quod commune est. Secundo, in eo quod publicum. Tertio, in eo quod priuatum. que singula uideamus. Primum Ius coe tripliciter intelligitur, quoniam diuinum commune est. naturale commune est. & gentium, commune est. diuinum Ius commune, trifariam considerationem recipit: diuinum enim Ius id dicitur: quod homini deus in corde scriptum a prima origine dedit. eam siquidem summa illa rerum omnium creatrix natura creatæ naturæ communem imposuit legem: de qua Paulus Roma. 2. loquitur text. in. c. duz. 19. quæst. 2. decretorum compilator Gratianus, in prima distinct. in princ.

A iij Secunda